EPISTOLA

AD

Humfredum Hody,

Collegii Wadhamensis in Academia Oxoniensi

SOCIUM,

DE

Tractatu è Scriniis Baroccianis Bibliothecæ Bodleianæ eruto, & ab illo nuper edito, conscripta.

Per Sam. Grascome Poet.

LONDINI,

ANNO M. DC. XCI.

EPISTOLA

AD

Humfredum Hody,

Collegii Wadhamensis in Academia Oxoniensi

SOCIUM

DE

Tractatu è Serenissi Barocciani Bibliotheca Bodleiana erutto, & ab illo nuper edito, conscripta.

C

LONDINI

ANNO M.DC.XCI.

EPISTOLA AD Humfredum Hody.

FIdisti nuper (Vir docte!) Tractatulum ex Historiis quidem Ecclesiasticis, sed malâ fide, consarcinatum; utpote qui præcipua rerum Acta & Circumstantias omittit, si non consultò celat: Hinc in fronte scribis, *Anglicani novi Schismatis Redarguto*, quamvis Tractatus iste, ex tua ipsius computatione, Annos præterpropter CCCC, antequam Schisma Anglicanum ortum, scriptus fuit; nimirum ex Spiritu prophetico contra nos scribunt; qui nullo unquam Ævo noti fuere, nec jam noti fuissent, nisi tu ex Scrinijs Baroccianis miro quidem successu, sed non tam bonâ fide, eruisses; sed ne suo eat incomitatus Satellitio, adjungis ex tuo & Dedicationem & Præfationem, dignum sanè patellâ Operculum; nam illic quam scitissimè adoras, non orientem Solem, sed Cometen caudam suam terribilem vibrantem, & miseris Mortalibus Bella, Pestes, & Vastationem minantem; hic Tractatulum istum decurtatum ulteriùs munire operosè quidem, sed in cassum contendis, & Viros optimos, religiosissimos, tam Veritatis quàm Justitiæ Cultores, & falsò incusas, & Conviciis proscindis. Quod ad me attinet, fatsòr quidem me omnia perdidisse, sed—*Furor est post omnia perdere Nihil*: Quæ perdidi, Veritatis & Religionis gratiâ perdidi; cum his vel in Phalaridis Tauro non ero infelix, sed si hæc etiam me fugiunt post tot damna illata, quomodo quis magis miser esse potest? Audias igitur, quæso, patienter, quas contra Librum istum referam Exceptiones; scias, bone vir! me nullis Promotionibus vel Dignitatibus scribere, nec sanè omittendum, quod Dei & Christi res agitur, Religionis, Veritatis, & Hominum Salus tractatur: Seriò igitur tecum reputes, quo animo scripsisti; & si quid responsurus es, sic respondeas, non ut qui Mundi Divitias Honoresq; inhiarit, sed ut qui tremendi illius Judicis, qui intima Cordis novit, & vivos mortuosq; judicabit, sententiam Timore & Reverentiâ quâ decet quotidie expectas.

Honorabilia ista Epitheta, quibus Idolum tuum insignis, in præsens non discutiam; hoc unum solùm dicam, quod cautiùs appellandus esset *Antistes verè Orthodoxus*, vestrâ quidem summoperè interest, ut verum sit; sed si aliter res se habet, & tuo ipsius Judicio, & ratiocinatione & censurâ Tractatûs, quem edidisti, vos omnes estis Schismatici; & quàm minimè sit orthodoxus, brevi, ni fallor, alii demonstrabunt.

Librum illum in Bibliotheca Bodleiana Chartaceum esse dicis, sed satis antiquum; sed cùm, quam sit antiquus, non audes dicere, & chartaceum fateris, inde suspicari licet Originalem illum non esse, sed aliunde transcriptam: & si sic se res habet, omnis ejus Authoritas ex alio Libro, quem non habemus, dependet; eas igitur, si placet, & alia Schismata scruteris, Barocciauum parum aut nihil Causæ prodest.

Tractatûs Authorem assignas *Nicephorum*, quem *omnium sine exceptione in Historia Ecclesiastica versatissimum & peritissimum* esse dicis; cui Elogio nihil defuisset, si hoc addidisses, quod nullus non Author est, qui de eius aut falsis aut fabulosis narrationibus non quæritur: Præterea nuperus est ille Author, qui decimâ jam Pietate & Ecclesiæ Disciplinâ scripsit; tantæ igitur est Authoritatis iste Codex, quantæ sunt Exemplaria adducta.

Schisma

Schisma tam plorandum dolere videris, sed eodem tempore & auges & irritas; nam dum Factioni *Tillotsoniana* te adjungis, & iis qui & Ecclesiam & Regnum inflamârunt te socias, cum tuis *Scalis ac Hydriis* non Aquam sed Oleum ad incendium affers.

In Præfatione alia, quam quæ libro sequenti continentur, exempla *(deprompta sc. ex Antiquorum Thesauris)* te proferre gloriaris; sed aut ipsa libri exempla mutuatus es, aut, si alia ulla affers, planè (ut statim patebit) in damnum tuæ causæ attulisti. Uterque, viz. & Author & Præfationis Faber, cum *Chrysostomi* Exemplo auspicantur; & sanè non optimi est ominis cespitare in limine; nam in contrarias it partes magnus ille *Chrysostomus*: & vidit hoc Author, ut patet ex his verbis in Synopsi seu Thesi libro præfixæ, *Exceptâ tantum Causâ* Chrysostomi, *utpote quæ peculiarem habet cognitionem*; tu verò istud Exemplum magni facis, & *Chrysostomum* contra Schisma declamantem inducis: Et quid mirum, quasso, si vir bonus & pius Schisma, quo nil malum Ecclesiæ magis pestiferum, horrescat, & ab eo dehortatur? Sed quam futilia sunt ista omnia, quæ tu nugatus es, liquidò cuivis appareat, qui ejusdem *Johannis* Historiam consulet; nam pulso illo in Exilium, quamvis Episcoporum Synodi præeunte condemnatione, adeò furebat Schisma, adeò ubiq; locorum commoti Christianorum Animi, & res Imperatoris in id discrimen adductæ, ut quamvis maximè invitus *Chrysostomum* ab Exilio revocare coactus est: & cùm non multum post temporis, sedationibus jam rebus, Synodum animo suo planè inservientem coegisset Imperator, non aliud ob Crimen Synodus ista *Johannem* damnat, quàm quòd Sedem suam occupavit, & Patriarchalem Authoritatem exercuit, spretâ vel neglectâ prioris Synodi Sententiâ, nec ab ulla alia Synodo revocatâ; nec tamen sic destitit Schisma: Nonne hæc causam tuam summè juvant? Quæ quæso Hæresis hoc Schisma suscitavit? Quis Imperator legitimus nostrum Archipræsulem dejecit? Quæ Synodus, vel legitima vel illegitima, damnavit? & tamen hoc furore correptus *Chrysostomum*, quæ in ejus animum nunquam venerunt, loquentem proponis, & spurias spurcásq; tuas Oratiunculas viro omni elegantiarum genere ornato impudentissimè affigis.

Quod ad Patres Affricanos attinet, qui se Unitatis causâ Episcopatum deponere paratos professi sunt, facilis est responsio; nam sinere sovilescere, & contemptui haberi, (quod, ni fallor, nos nunc facimus,) morbò inde Ecclesiæ Pacem & Unitatem revera & mediis honestis promoveat, omni dignum est Christiano: Sed hoc facere ad Fraudem & Injusticiam, ad summas Injurias & inaudita Scelera, vel promovenda vel confirmanda, omni Christiano, præsertim Episcopo indignissimum est; & tamen hoc est quod reverà velitis à nobis, quamvis aliam cantionem canitis.

Gregorium deinde Theologum de Cathedra sua descendentem refers: An illum Facti sui statim pœnituit, hîc non disputo; satis est quòd ille Patriarchatui renunciavit; & Renunciationem suam Patres in Synodo & acceptabant & confirmabant, & in vacantem Sedem alium surrogârunt: Sed cùm hæc omnia in Synodo Episcoporum transigebantur, quomodo casum nostrum attingunt, quorum Episcopi deponuntur Authoritate Ecclesiasticâ planè nullâ, nec ullâ civili legitimâ?

Verebar autem nè tuâ excidisses mente, cùm inducebas *Dionysium Alexandrinum Novatianum* increpantem, & Episcopatum deponere hortantem; nam hîc tuo te jugulas gladio: Cathedræ enim Romanæ prius præfuit *Cornelius*, & illo vivente, nec ullâ Authoritate legitimâ deposito, in Sedem se intrudere *Novatianus* conatus est, quamvis non eodem Successu ac *Tillotsonius*; attamen ordinari se ab Episcopis procurat, pro Episcopo Romano se venditat, omnibus per totum ferè Orbem Episcopis scribit, sed ab omnibus opponitur; idq; ob hanc rationem, quòd *Cornelius* prius Sedem legitimè assequutus est: Hac de causa *Novatianum* cessare hortatur *Dionysius*, ejusq; Ordinationem irritam pronunciat *Cyprianus*. Itu nunc, qui à Schismate tantùm caves, & *Tillotsoni* Auribus, nisi ad Quæstum & Nequitiam surdis, boato, *Legitimus & canonicus Archiepiscopus est* Sancroftius, *posterior est Ordinatio tua*, O Tillotsone! *non jam secundus sed nullus es*; *cessare debes*, *nec tam Idololatriam quam Schisma fugere debes*, &c. Sic non sordidum Adulatorem, sed verè Pacis studiosum te ostendis; nec Paucitatem nobis objicias, nam quòd pauciores sumus nos, eò stupendior est vestra Apostasia; non enim Numerus sed Causa facit Schismaticos.

Pro-

Proximè sequitur S. *Clementis Romani* ad Presbyteros Admonitio, viri (ut rectè dicis) *planè Divini, & tantùm non Apostoli*; & hoc Exemplo edocti cavere debetis, ne vestrorum propriorum Episcoporum Exempla & Monitiones contemnatis, & vel Hæreticis vel Schismaticis vos misceatis; nos enim non negamus, quin sit Episcopi dirigere & præcipere, Presbyteri agere vel submittere; prout Dei Gloria, & Ecclesiæ Pax, & Utilitas postulat; sed quid hoc ad Episcopos iniquissime & nullà planè Authoritate depositos, vel ad Presbyteros Episcopis suis Canonicis canonicè adhærentes?

Descriptionem Schismatici, quam apud B. *Irenæum* reperisti, nobis nullo modo displicet; vobis enim ad amussim quadrat: Sed cùm addis, nos ideo *ob modicas Causas discindere Ecclesiam, quia cùm possimus absq; peccato cum Ecclesia communicare, id tamen facere recusamus*, potui regerere, apud nos esse Ecclesiam, apud quos sunt Canones & Authoritas Ecclesiastica; & ideo schismaticam esse Communionem, quæ cum nobis non est; sed ne iracunde quæso, si dicam neminem, nisi perfrictæ essent frontis, hoc quod tu affirmâsti eóq; modo, dicturum; ignorare enim non potes nos Communionis vobiscum peccatum maximè urgere: & cùm hic Rationibus nostris ne gru quidem respondes, nimis audax es, qui nos Causam nostram deserere velis, nullam aliam ob rem, quàm quod ignotus quidem Academicus & lubricus Sophista contrarium nudè asseris: Sed cùm versus finem pacis unitatisq; Ecclesiæ videris aliquantulum cupidus, scias nos eousq; vobiscum communicare, *pro Pace Jerusalem* cordatè precantes, & insuper optantes orantésque, ut etiam vos ad Mentis sanitatem, ad Justitiam nunc à vobis abdicatam, ad Ecclesiam summis Injuriis afflictam redeatis, nec perseveretis vos toti orbi palam ostentare, non solùm Ecclesiæ Anglicanæ, sed & omnis planè Religionis opprobrium dedecúsque. Absolvi Præfationem tuam, ad Tractatum festino.

Mirabar quid sibi vellet Tituli tui Thesis initium, *De iis qui temporibus variis ad Patriarchale Solium adversus Canones evecti sunt, Patriarchis legitimis, qui contra jus fasq; depositi sunt, adhuc viventibus*: Nam quî fieri potest, ut non solum Canones, sed & Jus Fásq; illis Patriarchale Solium assignet, & tamen nec sint de Jure nec de Facto Patriarchæ? Una enim sedes duos Patriarchas vel Episcopos eodem tempore non admittit; an potius hoc tibi placet, nempe Imperantis ad Arbitrium non solùm Canones refigere, sed & ipsum jus fásq; tollere? Vereor ne hoc sit Imperatorem super Deum constituere: Sed de hac re, si quod tibi occurrit dubium, Oraculum vestrum consule *Sherlocciumn*; nam longè modestiùs græcè, Παλαιοχῶν τῶν ἀδίκως καθαιρεθέντων *i. e. Patriarchis injustè amotis*: Sed cùm vestros (ut vocatis) Episcopos adversus Canones evectos, & nostros contra jus fásq; depositos benè nosti, quo meliùs causæ tuæ inservires, non laudandum Græculum Latinum facis audacissimum; sed plurimis in locis pro libito tuo Authorem tuum Latinitate donas; sic cùm Cosmæ Attici factum referens dixisset Author, τρεφόμενος ὑπ' αὐτῆς χιλίαν ἀνγέσης. tu vertis, *in uterum Augustæ execratus*; quâ versione vera rei Historia non solùm non intelligitur, sed & prorsus perditur: Author enim solennem morem, quo ab improba Imperatrice omnem liberorum spem tolleret, ostendit; scilicet Sigillo suo ejus Utero obsignato, quo facto innotescere voluit clausum jam esse ejus Ventrem, ne ulli inde exirent Liberi; sed istiusmodi missa facio, utpote quæ ad rem minùs faciunt.

Ad primum de *Chrysostomo* Exemplum superius responsum est; sed quod ad Tractatum attinet, attendere debes, quòd cùm Thesin suam exemplorum inductione probare initiur Author tuus, inductione omnium probare debeat; nam si unum Exemplum ab Ecclesia probatum in contrarium afferri potest, fallit, aut saltem non cogit Argumentatio; & sic ille seipsum confutat: Nam hoc primum, quod affert, de *Chrysostomo* exemplum (& quod ipse etiam excipit) prohibet, quo minùs è cæteris generalem eliceat Regulam.

Longum nimis esset omnia exempla percurrere & examinare, nec quidem est mihi opportunitas, cùm sum Libris destitutus, & insuper itinerarius; sed quo simul & semel appareat, quàm nihil ad nostram Causam faciunt omnia exempla allata, generales quasdam subjiciam rationes, quæ eorum (ni fallor) omnem vim tollunt; & si his dilucidè & justè respondebis, me Causæ vestræ magis faventem habitaturus es.

Observes igitur, bone Vir, & si optimi esse velimus, ab optimis discamus Magistris; Annis plus minùs tercentenis Imperatoribus adhuc Ethnicis Christiani Canonibus rigi-

 diffimè

dissimè inhærebant, & tamdiu maximè floruit Pietas & Zelus verè Christianus, & tamen cùm Episcopi tunc sæpius aut in Carceres detrusi, aut longiùs abacti, & præsente Episcopo maximè indigebant populi, profer tu mihi per tot annorum seriem vel unum Episcopum, qui in alterius sedem se injecit, priore vivente non condemnato, Ecclesiáq; factum probante; posteà verò Imperatoribus fidem professis nonnulli Imperatores Episcopos vel Patriarchas, quorum hic magna congeries, deposuisse dicuntur: Sed hic aut fallis aut falleris; non enim hi statim per se & ad Arbitrium suum hoc fecerunt, sed Synodi Ecclesiasticæ Authoritate usi, & hoc quidem canonicè; nam secundum Canones vel Episcopos vel Patriarchas ob justam Causam deponere in potestate Synodi situm erat: Nec est, quod objicias nonnullos esse injustè depositos; nam si à justa authoritate, quamvis injustè, deponuntur, submittendum est, donec rursus causa audiatur, & Synodus alia injustam Sententiam rescindat, & injuriâ depositum jure restituat; aliter litigandi nullus erit finis, nec populus Christianus turbatis rebus dignoscere potest, quid faciendum est; omnia igitur exempla adducta, cùm sint hujusmodi, nihil prorsus adversus nostram Causam faciunt, factum enim vestrum omni Ecclesiasticâ Authoritate destitutum querimur.

Si porrò objicitur posteriores nonnullos Imperatores Episcopos vel Patriarchas quosdam injustè, violenter, & suâ solitariâ Authoritate deposuisse; respondeo, 1. Id si probes, reprobes necesse est omnes primævos Christianos, qui sub Imperatoribus Ethnicis Episcopis suis in Carceres vel Exilium missis, vel ad Metalla damnatis, immobiles adhærebant; nec illis viventibus alios in illorum loca substitui sinebant. 2. Dato non concesso quod objicitur, nihil tamen obest Causæ nostræ; legitimi enim fuere Imperatores: Sed Archiepiscopum nostrum cæteróq; Episcopos nostros à legitima Authoritate depositos tum demum evinces, cùm Filium ante Patrem natum probabis; & cùm Intrusoris factum probare veri Regis Authoritati & Juri esset derogare, vel hâc de Causa damnandi prorsus sunt omnes, qui propriis suis Episcopis Sedibus vi suis pulsis non fidelissimè adhærent.

Concludit tandem Author vester (quamvis ex Præmissis non sequitur) *unum solum requisivisse Ecclesiam, ut qui succedebat in alterius locum Antistes, Decessoris sui Fidem & Confessionem (orthodoxam) prædicaret; de istis autem Accusationibus, quæ temporibus variis adversus Episcopus institutæ sunt, præter Hæresin solam, ne unicam quidem inquisitionem fecisse:* Cautè magis quam verè vertisti; nam ubi tu ais, *Qui succedit, & Decessor*, græcus Textus habet expressè πρῶτον καὶ δεύτερον, quod ipsissimis terminis damnat *Cyprianus*; & si aliquam sufficientem Probationem, imò si vel unum Exemplum probatum in contrarium afferre possum, corruet tunc totum Ædificium; cur verò de nulla re nisi Hæresi inquisitionem fecit Ecclesia? An ideò quòd non potuit, an quòd non debuit? Si non debuit, undè, quæso, illud singulare Privilegium Ecclesiæ contigit, ut de Hæresi inquireret, cùm de nulla re alia statuere potuit? Si verò de Hæresi jure potuit inquisitionem facere, cur non & aliis de rebus, quæ virum ad Episcopatum gerendum æquè ineptum reddunt? Sed Sodes amabo, dic mihi planè, & ex Pectore, Putásne tu Ecclesiam, quæ Canones fecit, & tanti fecit, non etiam requisivisse, ut qui in alterius locum succederet, canonicè succederet? An Hæresis sola in tantum omnia alia crimina superat, ut ea si absit, nullum erit impedimentum, quin turpissimus quisque Nebulo, aut injustissimus rei alieni Invasor, quicquid per Fas aut Nefas arripuit, jure teneat? An omnes per totum ferè Orbem Episcopos in culpa judicas, qui *Novatiano* non Hæresin, sed *Cornelium* pium rem Canonicum Episcopum objicere? Nec (quod scio) ulli *Novatianos Romæ* aut in *Affrica Donatistas* hæreticis adnumerârunt: Sed quid si Hæresis vestro *summo, sapientissimo, sanctissimóq; viro* impingatur? Hoc si probetur, necesse erit vos in lite cadere; sed hoc aliis relinquo, qui, ut audio, Provinciam istam susceperunt; mihi satis, imò plus satis est, quòd alterius Sedem tam Vi quàm Fraude contra Jus Fasq; occupat.

Epistolam hanc longiùs producere, cùm primum Calamum arripui, animus non fuit; sed Libros, quos optâram, nonnullos à viro literatissimo simul ac pientissimo mutuò acceptos jam nactus, aliquanto pluribus tecum agam. Qui librum manuscriptum vel nullis antea notum, vel oblivione fere obrutum, è tenebris vel scrinijs eruere sejucat, & publici Juris facit, is curare debet, ut summâ fide, hoc est, verus non corrupt-

tus, totus non curtus excudatur; & hoc à te vel maximè expectandum, qui solenne tuum Votum verbis facis quamplurimis, quo apud omnes fidem conciliasti te nullis esse addictum partibus, sed veritatis summæ & solummodo esse studiosum; veritas scilicet aures tuas perforavit, & tu servus ejus juratus es, sed juratus (vereor) ut cæteri Fratres tui, qui cùm suâ interest, religiosè jurant, & rursus pro re natâ religiosiùs deJurant; sed ut nullis lateat, quam ingeniosus es Hypocrita, & Votum ipsum, & verba tua, quibus omnes voti testes appellas, apponam, quæ sic se habent:

Jam ad alia, Lector, procedas; ac priusquam procedas, Votorum quorundam mihi esto memor; & olim, si unquam violavero, Mo[illegible]; Votorum quorundam eruditis Viris, proh dolor! hucusque (dictum & mendax & impudens) *ignotorum; sed quæ ego perpetuò à primis literis, ut facio, feci ex Corde:*

Faxit Numen,
Ut vel æterno ego silentio inter non scribentes delitescam,
Vel semper, ne virum ingenuum, liberalis ac generosæ Educationis,
Veræque Philosophiæ studiosum decet, scribam:
Veritatis unicæ Indagator,
Absque omni Styli Acerbitate,
Mitis, urbanus, candidus,
Ad id quod indecens est adeo non pronus, ut nec movendus;
Nugarum denique Contemptor.

Vito qui tanta præ se fert, *Horatianum* illud non male convenire mihi videtur:

Quid dignum tanto ferat hic Promissor hiatu?

Et si talia non dixisses planè animo fallendi, quo incauti & ignari omnia tua fine ullo scrupulo vel hæsitatione deglutirent; dic, mi Sodes, quâ fronte vel quâ fide librum manuscriptum optimâ sui parte mutilatum Prælo mandâsti? Sequuntur enim Canones exemplis illis distortis & undecunq; corrasis planè adversi; & cùm nullum erat Intervallum, cùm idem sit Titulus, & eædem literarum Signaturæ, adeò ut Canones & Exempla unum solùm faciunt Tractatum, cur non integrum excudi curâsti, quo judicium meliùs ferre possint Lectores? Hoc non est instruere & docere, sed imponere & decipere: Sed cùm Canones isti, prout ab Academia transmissi, à viro multùm honorando mihi mutuò dati sunt, hîc ob oculos ponam, ut scias nullam esse causam (& certè antea sciebas, sed celare posse te sperabas,) cur tanto tumultu tantæq; Præfationis ostentatione ἐυρηκα clames; sed bonâ tuâ cum veniâ versiones ex adverso ponere liceat, & si Observationes aliquas intertexam, breves erunt.

Τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Κανὼν κα'.

Εἴ τις πρεσβύτερος καταφρονήσας τὸν ἴδιον ἐπισκοπον χωρὶς συναγάγη καὶ θυσιαστήριον ἕτερον πήξει μηδὲν καινοτομῶν τὸν ἐπισκοπον ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ καθαρεύοντα ὡς φίλαρχος. Τυραννος γὰρ δεῖν ἀναιρεῖται καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ ὅσοι ἂν αὐτῷ προσθῶνται· εἰ δὲ λαϊκοὶ ἀφορίζεσθωσαν· ταῦτα δὲ μετὰ μίαν καὶ δευτέραν καὶ τρίτην παράκλησιν τοῦ ἐπισκόπου γινέσθω.

Can. Ap. 31. *(apud* Justel. 32.)

Si quis Presbyter contemnens Episcopum suum, seorsim collegerit, & Altare aliud erexerit, nihil habens quod reprehendat Episcopum in causa Pietatis & Justitiæ, deponatur quasi Principatûs amator existens, est enim Tyrannus; & cæteri Clerici quicunque tali consentiunt, deponantur, laici verò segregantur; hæc autem post unam & secundam & tertiam Episcopi Obtestationem fieri conveniet.

Τῆς ἐν Γάγγρᾳ Συνόδου Κανὼν ε'.

Εἴ τις κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν ἰδίως ἐκκλησιάζοι καὶ καταφρονῶν τὰ ἐκκλησίας ἴδια θελοι πράττειν μὴ συνὼν τῷ ἐπισκόπῳ——— [πρεσβυτέρῳ] καὶ γνωμίζῃ τοῦ ἐπισκόπου, ἀνάθεμα ἔστω.

Syn. Gangr. Can. 6.

Si quis extra Ecclesiam seorsim conventus celebret, & despiciens Ecclesiam, ea quæ sunt Ecclesiæ voluerit usurpare, non conveniente Presbytero, juxta Decretum Episcopi Anathema esto.

Non ego pro ἐπισκ——— πρεσβυτέρῳ inserui, sed ut scriptum est recepi; attamen sensus requirit, & omnium, quos vidi, impressorum Librorum concordia approbat.

Syn

Τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Συνόδου Κανὼν ε.

Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος καταφρονήσας τῆ ἰδία ὑποπόπτως ἀφέστη ἑαυτὸν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἰδίαν συναγαγὴ, καὶ θυσιαστήριον ἔστηι, καὶ τῶ ὑποπόπτω πρεσβυτέρω μένων ἀπειθοίη καὶ μὴ βέλοιτο αὐτῶ πείθεσθαι μηδὲ ἅπαξ εἰπόντος καὶ δεύτερον καλοῦντος, τέλεον καθαιρεῖσθαι παντελῶς καὶ μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν, μηδὲ ἑτέρω λαμβάνειν τὸ ἑαυτοῦ τίμιον· εἰ δὲ καθαιρούμενος ἐνοχλοίη καὶ ἀναστατῶν τὴν ἐκκλησίαν διὰ τῆς ἐξουσίας ὡς φαῦλον αὐτὸν ὑπαγέσθω.

Τῆς αὐτῆς Συνόδου Κανὼν ιέ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπί τισιν ἐγκλήμασι καταγορηθεὶς κριθείη ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῆ ἐπαρχία ἐπισκόπων, πάντες τε σύμφωνον καὶ μίαν κατ' αὐτὸν ἐξενέγκοιεν ψῆφον περὶ τούτου μηκέτι παρ' ἑτέροις δικάζεσθαι, ἀλλὰ μένειν βέβαιαν τὴν σύμφωνον τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἀπόφασιν.

Τῆς ἐν Καρθαγένη Κανὼν ι.

Ἐὰν τις πρεσβύτερος ἢ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων φυσιωθεὶς φρόνημα ποιήσῃ, ἀνάθεμα ἔστω.

Syn. Antioch. Can. 5.

Si quis Presbyter aut Diaconus Episcopum propriom contemnens, se ab Ecclesia sequestravit, & seorsùm colligens Altare constituit, & Commonenti Episcopo non adquieverit, nec consentire nec obedire voluerit semel & iterum convocanti; hic damnetur omnimodo, nec ultrà remedium consequatur, qui suam recipere non potest dignitatem; quod si Ecclesiam conturbare & sollicitare perstitat, tanquam seditiosus per Potestates exteras opprimatur.

Ejusd. Syn. Can. 15.

Si quis Episcopus de certis Criminibus accusatus condemnetur ab omnibus Episcopis ejusdem Provinciæ, cunctíq; consonanter eandem contra eum formam Decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo judicari, sed firmam concordantium Episcoporum Provinciæ manere sententiam.

Syn. Carth. Can. 10.

Si quis Presbyter à proprio Episcopo correptus Schisma faciet, anathema esto.

Epitome tantùm Canonis est hic ultimus: Vide igitur in Synodo *Carthaginensi* Canonem ipsum, & tres immediatè sequentes, qui tibi abundè declarabunt, qui sint in hoc casu Ecclesiæ Animus & Judicium; sed hæc nullius sunt curæ Editori nostro.

Τῆς α' καὶ β' λεγομένης Συνόδου Κανὼν ιγ'.

Τὰς τῶν αἱρετικῶν ζιζανίων ὑπαιρεῖς ἐν τῆ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ ὁ πανύστατος καταβαλὼν καὶ ταύτας ἐρῶν τὴν μανίαν τοῦ πνεύματος τεμνομένης περῤῥήξεως ἐφ' ἑτέραν ὁδὸν μεθοδείας ὁδὸν τῆ τῶν αἱρετικῶν μανίᾳ τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα καταμερίζειν ὑπεχείρησεν ἀλλὰ καὶ πιστὸν αὐτὸ τὸν ὑπβαλὼν ἁγία συνόδου ἀναστέλλουσα πανηλεῶς ἄθεσιν τοῦ λοιποῦ. Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος ὡς οὖθεν ἐπ' ἐγκλήμασί τισι τοῦ οἰκείου καταγνωσθεὶς ὑποπόπτου πρὸ συνοδικῆς διαγνώσεως καὶ ἐξετάσεως καὶ τῆς ἐπ' αὐτῶ τελείας καταψηφίσεως ἀποσκιρτᾶν πειράσει τοῦ αὐτοῦ κοινωνίας, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς ἱεραῖς τῆς λειτουργίας εὐχαῖς κατὰ τὸ παραδεδομένον τῆ ἐκκλησίᾳ μὴ ἀναφέρειν τοῦτον ὑποκείσῃ καθαιρέσει καὶ πάσης ἱερατικῆς ἀποστερεῖσθαι τιμῆς· ὁ δὲ ἐν πρεσβυτέρου πάξει τελῶν καὶ τῆς Μητροπολιτῶν ἀρχῆς ἀπελθὼν ἢ πρὸ κρίσεως αὐτὸν καταψηφίσων ὅσον ἐπ' αὐτῶ τὸν οἰκεῖον πατέρα καὶ ἐπίσκοπον, ὑπὸ ἀδελφῶν τῶ πρεσβυτερίου ἄξιος τιμῆς ἢ ὀνόματος. οἱ δὲ τοῦτο συμπράττοντες, εἰ μὲν ἱερωμένοι εἶεν, τύχοι καὶ αὐτοὶ τῆς εἰκαι-

Syn. Oec. 8. Can. 13.

Zizaniorum hæreticorum Seminationes faciens in Christi Ecclesia nequissimus, easdémq; gladio Spiritûs radicitùs excisas videns, aliam invit viam, nempe Schismaticorum, rabie Christi Corpus tentans discindere; verùm has etiam ejus insidias sacra Synodus omnino reprehensura insequentibus decrevit: Si Presbyter aut Diaconus, quasi scilicet ob accusationes quasdam proprium Episcopum contemptui habens ante synodicam dijudicationem, disquisitionemq; ejusq; finalem condemnationem, à communione ejusdem secedere ausus fuerit, nomenq; in sacris Liturgiæ Precibus pro more non commemoravit, esto subjectus depositioni, omníq; honore sacerdotali privatus. Quippe in Presbyteri ordine constitutus, sibíq; jus judicandi Metropolitanis proprium arripiens, & ante sententiam ab iis (latam) quantum in se est Patrem suum Episcopúmq; condemnens, is neq; sacerdotali dignus honore neq, Appellatione; qui verò eum sequuntur, si ex sacerdotibus sint, ipsi etiam

proprio

ιας τιμῆς ἐκπίπτειν· οἱ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοὶ ἀφορίζεσθωσαν παντελῶς τῆς ἐκκλησίας, μέχρις ἂν ἢ πρὸς τὸν ἰδιαίτερον σωφρονίαν διαλυσάμενοι πρὸς τὸν οἰκεῖον ἐπιστρέψωσιν ἐπίσκοπον.

proprio honore excidant; Monachi autem & Laici disterminentur prorsus ab Ecclesia, usquedum Communionem cum Hæreticis expuentes ad suum ipsorum Episcopum revertantur.

Τῆς αὐτῆς Συνόδου Κανὼν ιδ'.

Ejusd. Syn. Can. 14.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐγκλήμασι πρόφασιν ποιούμενος τὴν οἰκείαν Μητροπόλιν πρὸ συνοδικῆς διαλύσεως ἀποστήσει ἑαυτὸν τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας, καὶ μὴ ἀναφέρει τὸ ὄνομα αὐτοῦ τὸ ἀνατεθὲν ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ· τοῦτον ὅρισεν ἡ ἁγία σύνοδος καθῃρημένον εἶναι, εἰ μόνος ἐλεγχθείη τοῦτο ποιῶν τῆς οἰκείας Μητροπόλιτου καὶ χωρὶς παιτήσας· δεῖ γὰρ ἕκαστον τὰ οἰκεῖα μέτρα γινώσκειν, καὶ μήτε τὸν πρεσβύτερον καταφρονεῖν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, μήτε τὸν ἐπίσκοπον τοῦ οἰκείου Μητροπολίτου.

Si quis Episcopus Accusationis prætextum faciens contra Metropolitanum suum ante Determinationem Synodicam seipsum à communione illius separabit, neménq; ejus ex more inter divina Officia non commemorat, hunc decrevit sacra Synodus depositum esse, si modò à proprio Episcopo commonitus secedit & Schisma facit; oportet enim singulos limites proprios (seu terminos) cognoscere, nec Presbyterum Episcopum contemnere, nec Episcopum Metropolitanum.

Τῆς αὐτῆς Συνόδου Κανὼν ιε.

Ejusd. Syn. Can. 15.

Τὰ δεινότατα ὅλη πρεσβυτέρων καὶ ἐπισκόπων καὶ Μητροπολίτων πολλῷ μᾶλλον καὶ ὅτι Πατριαρχῶν ἁρμόζει ὥστε εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ μητροπολίτης τολμήσ. ἀποστῆναι τῆς πρὸς τὸν οἰκεῖον Πατριάρχην κοινωνίας καὶ μὴ ἀναφέρει τὸ ὄνομα αὐτοῦ τὸ ἀνατεθὲν καὶ τελούμενον ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ, ἀλλὰ πρὸ ἐμφανείας συνοδικῆς καὶ τελείας αὐτὸν καθαιρέσεως ὁρίσαι ποιήσει τοῦτον δεῖσαν ἡ ἁγία σύνοδος πάσης ἱερατείας παντελῶς ἀλλότριον εἶναι, εἰ μόνος ἐλεγχθείη τοῦτο παρανομήσας. καὶ ταῦτα μὲ ὥρισεν καὶ ἐσφράγισεν περὶ ἧς πρόφασιν τινων ἐγκλημάτων ἧς οἰκείων ἀφισαμένων πρεσβέων, καὶ ὁρίσαι ποιήντων· οἱ γὰρ ἅγια αἱρεσίν τινα παρὰ ἁγίων συνόδων καὶ πατέρων καλεγομένην πρὸς τὸν πρεσβύτερον κοινωνίας ἑαυτὸς διασέλλοντες ἐκείνῃ τῇ αἱρεσιν ὁμολογοῦσι ὁμοίως κηρύσσουσι καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἐπ' ἐκκλησίας διδάσκουσι, οἱ τοιοῦτοι ὁ μόνον τῆς κοινονικῆς ἐπιλειμήσει ἐχ ὑποκείσονται πρὸ συνοδικῆς διαγνώσεως ἑαυτὸς πρὸς τὸν λαλέμενον ἐπίσκοπον κοινωνίας πότε ἀγνοοῦσες, ἀλλὰ καὶ τῆς πρεπούσης τιμῆς ὀφθοδόξοις ἀξιοδήσονται· ὁ γὰρ ἐπίσκοπον ἀλλὰ ψευδεπίσκοπον ψευδοδιδάσκαλον κατέγνωσε, καὶ ἐκ ὁμολογεῖ τῇ ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας ἀπέτεμον, ἀλλὰ σχισμάτων καὶ μερισμῶν τῆς ἐκκλησίαν ἐσπούδασε ῥύσασθαι.

Hæc Statuta Presbyteris Episcopis & Metropolitanis multò magis Patriarchis adaptantur, adeò ut si quis Episcopus vel Metropolitanus eâ audaciâ fuerit, ut à communione cum suo ipsius Patriarcha secesserit, & nomen ejus in divino Officio non commemoravit, prout definitur & constituitur, sed ante Sententiam à Synodo manifestatam, ejusdémq; finalem condemnationem Schisma fecerit, ipsum sacra Synodus omni penitus Sacerdotio abalienatum esse determinat, si modò commonitus in hoc tamen transgredietur; atque hæc determinantur & confirmantur de iis, qui specie accusationum quarumlibet à propriis præsidibus secedunt & Schisma faciunt. Qui verò ob hæresin quamlibet à sacris Synodis vel Patribus condemnatam à communione cum Præsidibus disterminant sese, ipso nempe hæresin ad Populum palàm prædicante, & aperto capite in Ecclesia docente, ii non tantùm Censuræ Canonicæ non sunt obnoxii, sese à communione illius solo nomine Episcopi ante Synodicam cognitionem separantes, verùm autem honore orthodoxis debito digni jure merito censeantur; non enim Episcopum sed Pseudepiscopum Pseudodidascalum condemnaverint, & nequaquam Unitatem Ecclesiæ Schismate discissum iernnt, verùm Ecclesiam Schismate & Factione summo studio liberare conati sunt.

Errata (ni fallor) esse paucula (an transcribentis, an Manuscripti vitio, planè nescio) non invitus fateor; sed cùm sint ferè παρεράματα grammaticalia, & sensum nec mutant, nec multùm obscurant, emendare nolui, nè id mihi etiam in culpam imputetur;

id unum te oro ut observes, quàm benè convenit Exemplis tuis & Canonibus, & tecum accuratiùs rumineris, qui regula, quæ res agendas dirigere debet, potest esse factis regula, si malè & contra regulam factum & jus & regulam evertat. Profert Author tuus exempla quàm plurima, nubem nimirum testium, (sed Equites suspicor esse Cappadocianos,) quibus probet nullum fuisse unquam in Ecclesia Schisma propter Episcopos, Metropolitanos, vel Patriarchas contra Canones, imò (ut tu ais) contra jus fásque depositos, modò qui succedit, non sit hæreticus: Canones quos subjecit (& quos tu subjeciſſe debuisti) contrarium omnino & asserunt & imperant. Hîc in bivio sum; quomodo iter dirigendum? Hominum Errores, Malefacta, & Deprædationes, an jus & Regulam sequar? Legémne Malefacta prohibentem observam, an Facta contra legem æquissimam perpetrata mihi pro lege erunt?

Adhæc observare licet, quibus gradibus in citandis Canonibus procedit Autor, & quàm arctam laicorum cum Clericis & item Clericorum inter se cohæsionem docet; primùm enim Presbyterum Episcopum suum contemnentem, & aliud Altare erigentem, non solùm deponit, sed & Laicos se illi adjungentes punit; tantæ erat curæ & studii patribus, ne vel Laici vel Clerici ullo sub Prætextu ab Episcopo suo separentur; deinde Presbyterorum refragantem nec Episcoporum Sententiæ obsequentem tanquam seditiosum potestati exteræ tradit; posteà de ipsis Episcopis statuit, & de potestate seu vi Sententiæ Synodicæ, sine qua nemo vel Episcopum suum condemnare, vel ab illo secedere debet; sed illa apud Editorem nostrum nullius planè est momenti; nam si vera est ejus sententia, Canones in hunc ferè solum finem compositi sunt, ut violentur. Demum tum Metropolitanorum tum Patriarcharum Jura describit, & sicut nec Laicos nec inferiores Clericos ab Episcopis suis, sic nec ipsos Episcopos à suo Metropolitano, nec Metropolitanos à Patriarcha separare debere definit. Omnes hi Canones tum Laicorum tum Clericorum nunc communionem cum Episcopis nostris (contra jus fásq; non dicam depositis sed depulsis) requirunt; cùm verò ad Archiepiscopum referuntur *Cantuariensem*, tum omnes & Episcopos & alios *Tillotsoni* partibus adhærentes, Schismatis reos faciunt: Archiepiscopus enim iste non solùm Metropolitanus est amplissimus, sed tantùm Patriarchæ nomen non habet, rem tamen habet; nam præter Provinciam *Cantuariensem* propriè sic dictam, habet sibi subjectos Episcopos *Britannicos* sive *Cambrenses*, qui olim sub proprio suo Metropolitano (Antistite scilicet *Menevensi*) degebant; præit etiam Metropolitanum *Eboracensem*, & *Primas est totius Angliæ*, & ideò Ecclesiæ *Anglicanæ* quà nationalis unitæ caput esse videtur, à quo qui recedit, schismaticum esse necesse est; nec aliquid illos juvabit Metropolitanus *Eboracensis*, nam & ille non solùm aliquo modo subest, sed etiam, qui nunc sic dictus est, & in Schismate & à Schismaticis ordinatus est, & Schismaticorum partibus se adjungit, & igitur ad Schismaticos relegandus; sed si hæc dici nequeant, attamen Metropolitani jus Causam nostram satis tuebitur, si de aliis Episcopis nihil omnino dicatur.

Hæc ad rei rationem dicere satis putavi, quo appareat omnia ista exempla in Tractatu memorata, etiamsi verissima essent, nihil damni Causæ nostræ afferre; nunc verò exemplorum unum aut alterum discutiam, ut inde sciat quis distorta & falsa illa esse & contra historiæ veritatem allata. De *Chrysostomo* nullum est dubium, & agnoscit autor hæresin illius Schismatis non fuisse causam; & sanè diuturnum fuit; durabat enim usq; ad Proclum in Sede *Constantinopolitana* à *Johanne Sextum*, qui *Johannis* corpus Comanis *Armeniæ Constantinopolim* cum pompa transferendo, & in Ecclesia Apostolorum honorificè sepeliendo tandem Schisma prudenter sopivit.

Meletium ad Sedem *Antiochenam* vocatum dicis, in Exilio adhuc agente *Eustathio*; an *Meletius* immediatè *Eustathio* succesſit, non opus est inquirere; satis est, quòd *Eustathium* à Concilio *Antiocheno* priùs condemnatum in exilium mittit Imperator; utrinque potestas legitima, & planè canonica fuit depositio, quamvis forsitan iniquiores in virum bonum & Episcopi & Imperator; nec tamen hoc fine Schismate: Nam Ecclesia divisa est, dum hi *Paulinum*, illi *Meletium* pro Episcopo haberent; & quamvis uterq; orthodoxus, attamen conciliatione tentatâ nullo modo potuit adduci *Paulinus* ut cum *Meletio* communicaret, quòd ab Arianis erat ordinatus; & quomodo, mortuo *Meletio*, in ejus locum suffectus est *Flavianus* in contrarium prius juratus, ab Historicis Ecclesiasticis abundè discas.

Longam

Longam texit Orationem Autor de ſex Patriarchis *Chryſoſtomo* proximè ſuccedentibus; ſed huc omnis res redit, an *Chryſoſtomus* canonicè depoſitus fuit (juſtè & injuſtè non dicam;) ſed hoc nulli dubium eſſe poteſt, qui apud *Sozomenum* Sententiam Synodi adverſus *Johannem* latam, eidémq; Sententiæ illum ſubmittentem leget; ſed & omni eo tempore Schiſma ejus rei causâ manſiſſe ſuperiùs probavi.

Anatolius deinde inducitur contra Canones in *Flaviani* locum ſurrogatus: Sed (ſi placet) *Flavianus* priùs mortuus fuit; & non video quomodo ſit contra Canones in demortui Patriarchæ locum alium ſufficere: fateor per ſummum ſcelus *Flavianum* à *Dioſcoro* fuiſſe interfectum; & ſceleratiſſimum eſſe virum (ſed tamen Epiſcopum) latrocinalis illius *Epheſini* Concilii Præſidem ipſum *Dioſcorum* libenter agnoſco; dolenda, imò execranda ſunt tanta ſcelera; ſed tamen cùm Epiſcopus quovis modo mortuus eſt, ſive ætate protritus, ſive Martyrio ſublatus, ſive ſcelere trucidatus, alium in ejus locum ſuccedere neceſſe eſt; & mortuo *Flaviano Anatolius* non niſi Synodi Sententiâ (quæ in ea re optima eſt authoritas) ſucceſſit; impius ſit igitur *Dioſcorus*, at Patriarcha canonicus eſt *Anatolius*; eadem Synodus ſæpè nimis in hac re rectè in illac malè judicat: Vana igitur ſunt illa omnia & à noſtra cauſa prorſus aliena, quæ tu poſteà de ordinatione inferre conaris.

Proximo loco è Vita *Sanctî magniq; Sabæ* mira profert Autor tuus, ſcilicet *Anaſtaſium* è S. de *Conſtantinopolitana* primò *Euphemium*, deinde *Macedonium* (quibus ſucceſſit *Timotheus*) dejeciſſe, & *Eliam Hieroſolymorum* Epiſcopum cum his omnibus communi cauſâ, ipſúmq, *Eliam* etiam fuiſſe condemnatum & in exilium actum, cui ſucceſſit *Johannes*, quorum nomina in Diptychis; ſed hæc quoad nos gratis dicta ſunt; nam ubi latet illius ſancti *Sabæ* Vita, tu nobis oſtende; interim an tale aliquid nunc in rerum naturâ inveniri poteſt, dubitare liceat: nec benè quadrant, quæ narrat Autor; nam *Euphemius* & *Macedonius*, & ipſe tandem *Elias* in longinquas & diſtantes Regiones in exilium miſſi ſunt; *Timotheus* & *Johannes*, qui Sedes occupàrunt, non admodum fuêre Vicini; & tamen hi omnes quam amiciſſimè inter ſe conjmunicant: ex verbis Authoris putares eos ſe mutuò viſitâſſe, aut ut plurimum convixiſſe: fateor quidem poſſe illos in locis maximè remotis diſſitos inter ſe communicare; ſed ſi ad hoc probandum non obſcuram *Sabæ* Vitam, ſed communicatorias eorum literas protuliſſet, aliquid ad rem dixiſſet. Sed quid ſi Sedibus pulſi jure ſuo ceſſerunt, & ut Epiſcopi tantùm communicabant? hoc ideò probabile, quod certiſſimum eſt tres Patriarchas unam eandámq; Sedem eodem tempore ſibi vendicantes non poſſe inter ſe communicare; putarem tamen illos à Synodis priùs damnatos ab Imperatore eſſe dejectos; nam nulli huc uſq; Imperatores Chriſtiani Epiſcopum ex Eccleſia ſua expulit, niſi præcedente Synodi Sententiâ; & non planè violenter egiſſe, ſed hanc potiùs viam iniviſſe *Anaſtaſium* palam eſt ex eo, quod *Evagrius* narrat (lib. 3. cap. 32.) Imperatorem iratum inſidias ſtruere, & deinde accedere calumniatores adoleſcentes, qui *Macedonium* cujuſdam facinoris falsò reum agerent; & quàm facilè tunc eſſet Synodum, quæ quicquid Imperator vellet, decerneret, convocare, luce clarius eſt ex iis, quæ *Evagrius* (lib. 3. cap. 30.) de iſtis temporibus ſcribit; miſerandum nempe tunc eſſe Eccleſiæ ſtatum, & omnia Schiſmatibus repleta & vexata; nec Orientales Epiſcopos cum Occidentalibus, nec Occidentales cum Orientalibus, nec rurſus Orientales cum Epiſcopis *Lybiæ*, nec hos cum illis, nec ipſos Orientales inter ſe communicare velle; & ſanè animam meam illi concreditam eſſe nollem, qui ad regendam Chriſti Eccleſiam ex iſtiuſmodi temporibus exempla quæritat, peſſimi ſcilicet ævi peſſima Exempla.

Hos denuò omnes excipit magnus ille *Athanaſius*; ſed cùm in ejus cauſa Schiſmate ferviſſimo totus laborabat Orbis Chriſtianus, quo aliquid habeat, quod ſaltem ſuæ cauſæ inſervire videatur, *Maximum* in privato Concilio *Athanaſium* juſtè reſtituentem ab Epiſcopo *Cæſareæ Paleſtinæ* ob id injuſtè depoſitum, inq; ejus locum *Cyrillum* ſuffectum refert; nec inde ullum oriri Schiſma aſſerit. Rectè quidem; nam quomodo Schiſma ex illo, quod nunquam fuit, oriri potuit, vix aut nevix intelligo: Magna hîc eſt Errorum Congeries; Epiſcopum enim, qui *Maximum* depoſuit, tu in margine dicis eſſe *Acacium*, (*Cæſareenſem*,) qui Epiſcopi nomine prorſus indignus fuit, nec Epiſcopus quidem fuit Canonicus; nam à Concilio *Seleuciæ* condemnatus contemptâ tantâ Epiſcoporum multitudine in Sedem *Cæſareenſem* ſe ingeſſit, & miris modis Eccleſiam

turba-

turbavit, (*Theod.* l. 2. c. 27.) & *Acacius* non *Maximum* sed *Cyrillum* de Pyjmeno illo digladiantem deposuit, Hierosolymisq; expulit, qui post tres interpolatos Episcopos Sedem suam *Theodosii* temporibus tandem recuperavit, (*Theod.* loid. & *Sozom.* l. 4. c. ult.) & quod omnium errorum fons est, *Cyrillus Maximo* non depositio sed mortuo successit; & igitur nulla, qualem tu somnias, inter illos intercedere potuit communio. Disertè enim dicit *Theodoretus Cyrillum Maximo ad vitam immortalem translato in Episcopatûs gradu locari*, (ibid.) & *Sozomenus Cyrillum* post *Maximum* Ecclesiam *Hierosolymitanam* administrâsse narrat; sed quomodo post, si cum illo? Adeò in hac re toto errat Cœlo Autor tuus.

Ejusdem sanè farinæ esse cætera exempla non dubito; sed cùm mihi animus fuit tantùm respirandi tempus aliis dare, qui totam exemplorum farrigenem penitus discutienti & nihil intactum relinquent, ipse sequentia examinare non pergam; nec opus est; nam Præceptis non Exemplis vivendum est; & ut æternam Salutem consequamur, non quid factum fuerit, sed quid fieri debuit attendere nostrâ quàm maximè interest. Imperatores & alios viros præsertim seculares Ecclesiæ Jura violâsse non dubium est; sed an ulla apud Ecclesiam manet authoritas, & quæ qualisq; est, quæstio est; actum enim erit de Ecclesia, si nullam illi authoritatem nec vel sub Cruce exercendam Christus commisit: cùm vero tantâ exemplorum copiâ superbis, unum (si placet) addam, & Deus secundet omen. Cùm *Zeno* Imperator tùm Populo tùm Militibus minùs charus esset, cœpisset, *Basiliscus* arreptâ occasione eorum animos exacerbatos magis magisq; abalienare omnibus modis studet; & cùm his artibus effectum est, ut *Zeno* à suis desertus obsistere non potuit, statim, non dicam abdicat, sed fugâ sibi consulit; sic nullo negotio *Basiliscus* Imperio potitur, apud illum plenaria rerum administratio, & in illum minùs benevolos (si qui essent) opprimere potuit; & jam pro Tyranno ejus more Religionem Religiosósq; turbare incipit; nam suasu *Timothei Æluri* Concilium *Chalcedonense* & *Leonis* Epistolam damnat, mandátq; ut ab Episcopis anathemati addicantur, & ubicunq; reperirentur, igni tradantur comburenda. Mirum sanè quam accurrunt infidi & væcordes Episcopi, inq; Imperatoris & *Æluri* Hæretici Sententiam manibus pedibúsq; eunt, supplicesq; suos Libellos Tyranno offerunt; assentiunt non solùm Episcopus *Alexandrinus*, *Antiochenus*, *Hierosolymitanus*, sed & ab Episcopi *Asiani* numero circiter quingenti (si numerus causam efficit bonam, sat habes) soli fere è Religionis & legitimi Imperatoris partibus stetit *Acacius* Archiepiscopus *Constantinopolitanus*; sed tamen tandem vicit Veritas & Justitia: *Basiliscus* cum suis meritam oppetit mortem, *Zeno* restituitur, omnes isti versipelles *Asiæ* Episcopi pœnitentiæ libellos ad *Acacium* mittunt, illum placare omnibus modis student, & se non animo sed verbis duntaxat consensisse, *i.e.* hypocritas se fuisse nequissimos clamitant, adeò nihil refert, quàm pauci sunt, qui Deum adjutorem habent. (*Evagr.* Hist. lib. 3 à cap. 3. ad 10.)

Si quid durius dixi, veniam dare par erit; nam summâ illi opus est patientiâ, qui cum talibus viris rem habet. Mutuam omnium communionem poscitis, rem sanè optatissimam; sed dic mihi, quæso, quomodo aut liceat aut tutum sit cum illis communicare, quorum verbis nulla fides, quos nec Promissiones nec Juramenta obligant; qui bonum publicum, quod Veritatem, Fidem, Justitiam tollit, proponunt, illiq; omnia sacra immolare fas putant? & non solùm crimina objicimus, sed (quod quidem crimen est inexpiabile) quòd talibus disputatis principiis, quæ virum necessariò efficiunt nequam, falsum, infidum. Fidem, quæso, non mores poscit Religio Christiana? Ad nec fidem poscit nec mores? Si in vivis jam esset aut *Socrates* aut *Seneca*, nonne perditissimos Ethnicos hujusmodi Christianis jure merito præferrent? Audite igitur, mi amice, vobiscum nos communicare velitis; reddite igitur cuiq; quod suum est, state Promissis licitisq; Juramentis; omnia Dei Mandata ex æquo observate, nec quartum ideo bonore profequamini, ut tutius quintum violetis; Pœnitentiam denuò agite pro Peccatis, quibus Dei iram in nos concitâstis, & sanctam Christi Religionem summo Dedecore affecistis & tunc lætissimo animo vobiscum communicare parati sumus: sed si in nequitiâ persistitis, nostræ erit culpæ, ne & nos inquinemur. Interim eousque communicemus, & mecum hanc quæso Precatiunculam precare, *O Misericordiarum Pater, tam miserandæ Ecclesiæ miserere!*

FINIS.

An Appendix to the foregoing Letter, being an Anſwer to Mr. *Humphrey Hody*'s Letter, concerning the Canons at the end of the *Baroccian Manuſcript*.

Eſſe poſſe uno in loco aliquis exiſtimat aut multos Paſtores aut plures Greges? Cyprian *de Unitate Eccleſiæ*, p. 110.

Lingua Chriſtum confeſſa non ſit maledica, non convitiis & litibus perſtrepens audiatur; non contra Fratres, & Dei Sacerdotes poſt verba laudis Serpentis venena jaculetur, p. 118.

SIR,

YOu will readily believe me, when I tell you the reading of your *Letter* gave me unaccountable delight; The clean *Conceits*, various *Inventions*, ſmooth *Stile*, pat *Similes*, juſt *Allegories*, and ſparkling *Strictures* could do no leſs; and you are too well acquainted with the force of your own performance, and my *Sincerity*, to think I have either need or deſign to flatter: Yet to take off all doubt, I will point out ſome of thoſe particulars which gave me the *greateſt* ſatisfaction; and if I now and then ſeem to *laugh* a little, pray conſider, that great Pleaſures are not *ſoon* quiet: Paſſions are like Waters, raiſe them once, and the Motion continues, tho' the Cauſe be over.

I muſt confeſs when in your Preface to the publiſhed *MSS.* you had put your ſelf amongſt the *Nethenims*, the hewers of Wood and drawers of Water for the Sanctuary, I ſcarce knew my Friend in ſo humble and ſo *unſeaſonable* a figure; but now you pleaſe to aſſume *Characters* more agreeable to your worth, I can ſee the Generous and the Brave in the habit of a *Wreſtler* or *Champion* for the Church, which under that of a *Tankard-bearer* lay too much, and too dangerouſly obſcur'd.

In the ſecond Page you enter the *Ring*; Nature hath given you

Muſcles and ſtrength enough, and every way fitted your Perſon for the *Belt*; but, Sir, you muſt give me leave to ſay, that you are not skilled in the Terms and Expreſſions of the Field: For none ever conjectured he had given his Adverſary a fall by the *dirtineſs* of his hands; indeed that may prove he hath over-weighed, and thruſt him down on his Face by *Brute* ſtrength; but believe me, dear Sir, a *fall* comes from a neat Trip, and is always on the Back. Beſides 'tis not fair to chooſe a *Dunghill* to wreſtle on, and then complain your Adverſary hath beſpattered you. Perhaps there were never ſuch *foul* Examples as the wretched Scribler of your Treatiſe hath put together; and I am ſure a Man cannot ſtir in them without kicking up a *Lye*, a *Forgery*, *Idolatry*, or *Treaſon* in your Face. Of all this I gave you early notice, and had not the Letter been intercepted, I am ſure you would not have thought that *Fort* impregnable, one Stone of which I had not left upon another; nor miſtaken, for old *truſty Veterans*, ſuch raw, undiſciplin'd, new raiſed, unarmed *Phantaſms*, which were too empty either to defend or to affright.

Pag. 2.

Pag. 3.

Again, you conjecture by your Adverſary's *Paſſion*, that he had a Fall; This was a very unlucky gueſs, when you was about to ſhow *ſo much* your ſelf: *Rapparees*, *Stabbers to the Heart*, and *Knockers on the Head* are no very temperate and cool Words, eſpecially when beſtowed on Perſons of *Exemplary Humility*, and *known* Meekneſs. But, *Sir*, you may remember who formerly called you *Feroculus*; but ſince you have taken ſome Degrees, and are commenced *Ferociſſimus*, as a learned man ſaid when he read your Letter. In ſhort, *Sir*, if not only foul Hands, but a dirty Mouth, and a Heart full of Paſſion will prove a *Foil*; I am affraid you miſtook the Perſon, and thought your Adverſary ſuffered that diſaſter which fell upon your ſelf. But ſince you are plentifully *beſpattered* with Dirt, you intend to rub it off; 'Tis a *cleanly* deſign, for which I heartily thank you, for ſince I muſt be ſome time in your Company, I would have it as *inoffenſive* as I can: and therefore having taken leave of theſe *filthy* Metaphors, I hop'd in plain cleanly *Engliſh* to underſtand the Cauſe of your preſent Concernment: But I am no ſooner out of the *Mire* than I am thruſt into the *Smoke*; After *Dirt* fly Squibbs and *Crackers*, of an Ancient Invention, and ſuch as were thrown by the *Philiſtines* heretofore. The next time you enter into Controverſie, let me beg you to *keep down* your Imagination, and not think a little *Pen-duel* to be a *War*; and then we ſhall hear leſs of *Mines*, *Forts*, *Powder*, and old *Soldiers*, and write and read with leſs danger than we now do:

Pag. 4.

Pag. 2.

do: Though I must confess it were ingenious (as you told a Friend of yours) to use *Military* Expressions when you was writing about *Canons*.

But now the Air clears again, and I begin to see the Cause of your disquiet: *Pag.* 4. you are accused for not publishing the *Canons* which are written in the very same Hand, and with the same Ink in which the publisht *MS.* is written, and immediately subjoyned to the *MS.* in the same page, without any mark of distinction; and therefore by the *Author* of that Treatise designedly added to it. These *Canons* no way favour the design which you had in publishing that *MS.* (some of them expressly forbidding any Man to separate from a Bishop, unless deprived by the Sentence of a *Synod*,) and therefore were purposely omitted

To this Charge you reply: The *Canons* were not collected, *Pag.* 4. nor joyned to the Treatise by the Writer of it; and give these *Reasons*. *1st*, You never thought they were, pag. 4. *2dly*, 'Tis possible the Storys & the *Canons* may be collected by two different Persons, though afterward they may be both transcribed by the same Hand, pag. 5. *3dly*, The Treatise hath a peculiar Conclusion of its own, p. 6. *4thly*, Between the Treatise and the Canons there comes in an Abstract or Summary of the Treatise, which stands as it were for an *Index*, p. 7. *5thly*, The writer of the Treatise makes no mention of the *Canons*, never refers to them; and therefore cannot be supposed to have collected and subjoyned them to the Treatise, p. 7. And *6thly*, The Canons are not truly pertinent to the particular subject of the Treatise, pag. 9.

These you look upon to be *unanswerable* Evidences, both of your *Innocence*, and your *Cause* too; and sufficient proofs, that the Compiler of the *Stories* was not the Collector of the *Canons*: Upon the strength of these you rise high, despise the Judgments, and contemn the *Reasonings* of other Men; nor is this Presumption unnatural in him who can mistake *Falsehood* for *Integrity*, and call *Trifles* Demonstrations. This way of *Writing*, Sir, is no more *Arguing* than *Stammering* is Speaking; 'tis only a weak imperfect endeavour after it, but such as *disgraces* what it would imitate.

For suppose, when you first transcribed that Treatise, you did not think the Writer added the *Canons* to it; yet before the *Gr.* and *Lat. Edition* you was sufficiently informed of other Men's Opinions, which 'tis easier to *despise* than to confute. Why then were they concealed, unless you found it necessary to deal with your *Author* as *Painters* do with a Face with *one* Eye? They show only the *sound* side. The *Stories* lookt plausible enough, but in the *Canons* there was some thing so disagreeable, that it was con-

venient it ſhould be hid.

Again, ſuppoſe it poſſible that the *Canons* might be added by *another* Hand; let me beg you not to conclude they were, for fear of two or three old *Logical* Maxims, which will grow very *teſty*, if they once perceive their Authority contemned. Your third and fourth Reaſon only prove that your *Author's* Conſcience began to ſtare him in the Face, and his *Reading* was at an end: that as he could *find* none, ſo he would *forge* no more Examples. But your fifth and ſixth Reaſon, I muſt confeſs, would ſeem to conclude ſomewhat, had your Author been a Man of any *tolerable* ſenſe: But when I conſider how *injudiciouſly* he hath put his Tales together, and how *impertinent* many of them are to that purpoſe for which he hath made them, I can think no proceeding that is idle, unaccountable, and fooliſh, too mean for him, or diſagreeable to his Character.

But to draw this whole *trifling Controverſie* into a narrow compaſs, 'tis evident from *Cotelerius*, that when one *Joſeph* was put into the Throne of a Biſhop unjuſtly depoſed, many refuſed to communicate with him; The Compoſer of this Treatiſe endeavours to reduce the Refuſers by the Examples of ſome Great Men, who upon the like occaſions did not think it lawful to withdraw. But leſt bare *Story-telling* ſhould not do the work, he produceth *Canons* which peremptorily forbid any ſeparation from a *Biſhop*: by theſe he endeavours to ſupport the Chair of the Biſhop in *poſſeſſion*: and thus having Example backt by Precept, he thinks the Refuſers muſt be conſtrained to a ſubmiſſion: This proceeding is natural enough, there is nothing of force in it; and when I find any thing at the end of a *Treatiſe* written in the ſame Hand, immediatly ſubjoyned to it; which carries no mark of *another* Author, and is agreeable to the Age, and ſerviceable to the *main* drift and deſign of the Compoſer of the Treatiſe, I muſt think it added by the ſame Author, unleſs you pleaſe to furniſh me with a Reaſon to the *contrary*, better than any I have yet met with. Indeed you pretend to offer *one*, when you obſerve the Author uſes his *own* Language in the *Stories*, but *tranſcribes* the very Words of the *Canons*, pag. 7. But pray, *Sir*, is it unuſual, or is it not neceſſary to cite the *very Words* of Laws? Your Author might make *Stories*, but ſure he was not conſiderable enough to be a *Canon-maker*; and therefore was bound to thoſe Expreſſions in which Authority had put them. And your obſervation, that the Author always uſes his *own Stile* in the *Stories*, ſhows you have not yet had leaſure to compare them with the Books out of which ſome part of them is taken.

And

And now, *Sir*, having conſidered all you have to ſay about the Canons, you muſt excuſe me from attending on your Triumph, in which you ſo indecently lead a very great Man, (the *Pag.* 8. & 15. ſame who gave you Information of every thing you knew concerning this *M S.*) who fell into an unconſiderable miſtake, which yet he hath rectified in his anſwer to your Book, only becauſe he had not leiſure to be accurate about Trifles: for the way which you go is too foul for me to wait upon you in. Yet Curioſity will force me as far as your *enchanted Caſtle*, pag. 19. to ſee the Iſſue of that notable Adventure. But here all my Expectation is quite daſht: for when I thought to find the *Knight* armed, mounting the Ramparts, and breaking down the Walls, Modeſty comes on, turns him into a *Pioneer*. and ſets him to caſt up *Works* to encloſe a *SPIRIT*, as wiſe a deſign as theirs was who hedg'd about a *Cuckhow*.

To be ſerious. An Acquaintance of mine bids me tell you, your *Guamelet* is taken up, not by a *Party*, but a *Single* Perſon; and your Challenge is accepted: He hopes you will obſerve the Laws of Combat, and not bring any *Spells*, *Charms*, or unlawful *Weapons* into the Field: (to ſpeak out of Metaphor) that you will be *plain*, *Civil* and *Even* in your Writing; That you would leave your Intricate Allegories, your Pride and Inſolence behind you; and not indecently fall out of fits of *Raving* into as violent ones of *Prayer*: but diſpute like a Scholar, and like a Chriſtian.

He deſires likewiſe you would not produce ſuch Examples, as that *repented* one of *Photius*, pag. 17. nor conclude that *Conſtantine* did not deſign to baniſh *Athanaſius* for his Life, becauſe he afterward repented he had baniſht him at all, pag. 23. To ſuch Inſtances and ſuch Concluſions he will think it ſufficient to reply, that they ought not to be *made* or *produced* by any Man of Honour, Integrity, or Senſe.

If you grant him theſe few reaſonable Requeſts, he is very ready to engage upon the *Principles* of St. *Cyprian*, and the *Practice* of that Age; and to make ſhort work of the *Controverſie*, thus ſtates it from matter of fact: But I need go no further, you are a wiſe man, and this *hint* is enough for you to gueſs, how I would ſtate it; and you may do it with more ſafety than I can: but if you know not what I mean, conſult the * 85*th page* of the *Grand Queſtion*, and then gueſs how I would ſtate it, and the matter of fact being ſo ſtated, then let the Queſtion

* *This was no legal Repeal, becauſe* Edward *the* 2d *was alive, and lawful* King *(or elſe* Edward *the* 3d *could never have been ſo) in the time of that firſt Parliament of* Edward *the* 3d, *and conſequently* Edward *the* 3d *was at that time* an Uſurper, and the Proceedings of that Parliament null and void.

ſtion be; *Whether the Expulſion of the Biſhops, and the placing of new ones in their Sees, by an Act of State, and without a Synodical Sentence, for not taking ſuch New Oaths, be not Schiſmatical?* The Caſe is truly what I dare but hint to you, and you may begin the Diſpute as ſoon as you pleaſe; provided you procure us the ſame freedom and ſafety to anſwer fully to the point, as you take to Challenge and Object.

And before (to uſe your modiſh Phraſe) I ſubſcribe a *Vale*, I muſt beg you to paſs by *one* ſmall Miſtake in my *laſt* Letter (if ever it comes to your Hands) about *Joſeph* the Presbyter, which yet I think I have corrected in the Margent; and in requital I ſhall take no notice of *twenty* greater in yours. I ſhall not examine your Criticiſm about *ἐκφαυλ*, nor tell the World you produce, P. 42. for your own Reading what you gather up from *Caſaubon's* Obſervation. And beſides all this, I ſhall own the Obligation, admire this ſingle Inſtance of good Nature and Condeſcention, and continue

Your Faithful Friend
and
Moſt Humble Servant.

Jan. 1ſt. 1691.

FINIS.